



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

39 Vassalli capientes investituram ab Episcopo, in casu devolutionis  
reinvestiri non possunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Natur de non alienando, inconsulto Romano Pontifice, quia non videtur nova alienatio, ex quo à principio fuit sanctum, ut illa bona darentur in feudum, ut ibi per Abb. eodem num. 2. &c. quia feuda non possunt dici de mensa, cum alius percipiat fructus, & habeat utile dominium, directo penes Prælatum remanente, & de novo ad Ecclesiam reveris, est permissa nova infeudatio. Innocent. in cap. super, post med: de reb. Eccles. non alienan. & gloss. in Clement. unic. in ver. ad mensam, de excess. pral. & ibi Abb. num. 12. quæ tamen jura fuerunt correcta in pluribus, tam per extravag. Ambitiosa, de reb. Eccles. non alienan. qd à n per dictam constitutionem Pii V. & confirmationem Innocent. IX. de quibus

<sup>38</sup> supra: quia, aut illa feuda † dependent immediatè, & principaliter à Camera Apostolica, à qua feudatarii fuerint investiti, & tunc in casu devolutionis, absque ulteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione sunt eo ipso Sedi, & Camera Apostolica incorporata, ac ad ius, & dominium pristinum, & possessionem reversa, ut sunt verba expressa ejusdem Constitutionis Pii V. & Innocent. IX. de quorum potestate non est ambigendum: quia Papa est omnium bonorum ecclesiasticorum summus administrator. Innocent. in cap. non erit, de sentent. excomm. Abb. in cap. constitutus, num. 13. de relig. dom. & Navarr. de spol. cler. §. 9, num. 2, cum aliis citatis supra, paulo post princeps.

<sup>39</sup> Aut vasalli non capiunt † investitram à Sede Apostolica, sed ab Episcopo, & eo casu, aut devolvuntur terræ, castra, oppida, vel loca etiam mediaetate Sedi A-

postolicæ subiecta, & tunc etiam, quod meveantur à directo dominio mensarum Episcopali, Abbatialium, aut aliarum Ecclesiæ, & quod decedentes consueti fuerint infeudari à Prælatis eisdem Ecclesiæ, quod de sic devolutis non possent novo feudum disponere per declarationem, & ampliationem ejusdem Innocent. IX. ibi, prohibita fuisse, & prohiberi omnem, & quamcunque infeudationem, ac alienationem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolice, tam mediæ, quam immediate subiectorum, & si de illis in feudum, aut alias quomodolibet disponunt investitura, & dispositiones tanquam contraventam, & dispositionem dictarum constitutionum factæ, sunt ipso jure nulla, ut in d. extravag. Ambitiosa. §. si quis autem.

<sup>40</sup> Potest tamen Prælatus hoc casu † declarare caducitatem, & dominium utile cum directo Ecclesiæ esse consolidatum, quæ declaratio requiritur, cum res feudal is intelligatur reverti, etiam ob aliquod maleficium commissum, si dominus voluerit, & declaraverit, & non alias, gloss. in l. 2, & ibi Bar. ff si ager rectal. vel emphyt. & Ius. post Abb. Sal. Jo. de Imol. & Alexand. quos citat in l. 2, C. de jur. emphyt. num. 6, 8. & 9. & tunc frens Ecclesiæ acquiritur, & incorporatur. Nec Camera & Sedi Apostolica devolvitur infeudatio, cui per dictas constitutiones in eventum devolutionis non repetituntur feuda reservata, nec presumitur, quia reservationes † sunt odiosæ, & strictè intelligendæ, gloss. in cap. praesenti, in ver. finitur, post medium, de off. leg. in 6. Casad. decis. 3, num. 5.